



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 Liceatne maleficos occidere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

randem vt gustarent admoisset: nam & panem, & herbaceos cibos igne adparabant. Neque verum ad locum Genes 9 respondere operosum est, immo dicendum quod cum Genes. 1. herbe tanquam modo declarate a Deo fuissent in cibum propter ligna Paradisi, in quo hominem Deus collocauerat, quae illi statim affatim sufficiebant, & post natura vitia humanum genus naturali iure carnes adhibuisset in cibum, & forte propè diluuium eo hominū feritas euaserat, vt crudis carnibus cum sanguine vterentur. Deus a diluuij periculo emeris concessit, tanquam naturale ius, vt pilces, & carnes ederent, excepto sanguine, hoc est, vt non crudas, sed igne paratas intelligerent in cibum humanum cedere. Ob idque Hebraei plus nimio carnes sanguine euacuabant. Et ideo horror illis erat, vel in farciminibus, vel in ferculis sanguinem gustare, quod genibus erat in vsu. Atque ea propter in eorum gratiam, adum 15. indicta abstinencia fuit a suffocato, & sanguine.

Ad primū arg. Argumenta verò in contrarium facillime solutionis sunt. Ad primum enim respondetur, quod etsi vita nobis cum ceteris animantibus communis sit, non tamen a quo iure, sed sua est propter nostram, & ideo neque qui suam occidit pecudem, vlli faciat iniuriam, neque qui occidit alienam, vllam irrogat pecudi, sed possessori, neque Deus pecora pascit, nisi propter nos. Ad secundum verò satis responsum est, neque vllam esse feritatem, aut crudelitatem carnibus vesci, tamen illa Poetae ingenij gratia decantarent. At Manichaei erant, quos August. lib. 6. contra Faustum, cucurbitarum homicidas appellat, eo quod arbitrabantur nefas esse mortificare viuentia.

ARTICVLVS II.

Utrum liceat maleficos occidere

Primū arg. par-
tis negati-
uae.
A Brutis pecoribus primus gradus in hoc articulo 1. fit ad improbos homines, qui a sua degenerantes, in iumentorum naturam, Dauidis testim. onio, desciunt. Quæritur ergo, an illos liceat a viuente morte rescate? Videtur enim nefas, hominem, quantumvis scelerosum, vita mulare. Exempla enim Christi amplectenda nobis sunt, prohibuit autē

Apostolos, vt Matth. 17. legitur extirpare zizania, hoc est, filios nequam, ne vna conuelleretur & triticum, ergo id nobis præceptum putandum est. Secundo; Deus (vt Ezechielis ore ipse testatur) non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Ergo eius exemplo neminem peccantium debemus extinguere, sed ad poenitentiam animare, tunc præcipuum constat supplicium illi periculum creare perditionis aeternæ. Accedit tertio loco, quod id quod genere suo malum est, nulla de causa, vt ait Ethic. Aristotele fieri potest bene. Vnde Augustinus in libro, Contra mendacium, probat ipsum nunquam esse licitum, occidere autem hominem per se, est malum adeo vt sicut libro 2. diximus, sit omnino indispensabile, ergo nunquam est licitum eo, vel maxime, quod Christiana charitas non solum ad amicos, verum & ad inimicos & malos procedit. In contrarium autem est citatum illud Exod. 2. Maleficos non patieris viuere. Et Exod. 21. Si quis per iniuriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab alio meo occides eum, vt moriatur, quod citatur in cap. 1. de homicid.

Quæstio præsens alieni forte postulare videatur, vt de prohibitione homicidij statim in fronte diceretur. At vero animaduertere oportet, hic non de iustitiæ præceptis iniri tractatum, is namque libro 2. vbi Decalogum interpretabimur. absolutus est. sed agimus de contrarijs iniustitiæ vitijs. Ad quæstionem ergo circa controuersiam respondetur affirmatiuam conclusionem. Iustus est malefactores interficere. Cuius rationem pulchre D. Thom. ex superiori articulo deduxit. Definitum quippe est, ob id animalia bruta licite mactari, quod in nostrum vsum ordinata sunt, sicut imperfectius propter id quod perfectius est. Pari ergo iure cum omnis pars à natura facta sit propter totum corpus, atque adeo vbi saluti hominis necessarium est, membrum putridum rescatur, ne contagione cetera, ac demum totum perdat, si quili autem ciuium totius sint reipublice partes, consequens sit vt vbi incolumitati reipublice expediuerit, ius eadem ipsa habeat ciuem mortem rescandi, ne totam iniiciat. Nam vt ait primæ Corinth. Paulus
Fer-

Fermentum modicum totum massam cor-
rumpit. At vero hoc occurere cuique pos-
test argumentum, contra hanc veridicam
assertionem. Prohibitio hæc, Non occi-
des, est diuina, eademque generalis, quæ
cunctos mortales nemini exceptio occide-
re vetat, nemini autem inferiorum facul-
tas superit dispensandi in lege superioris,
ergo nullo humano iure consilui potest
vt homo quantumuis peccator occidatur.

Hoc argumentum Scotus in 4. distin. 1. 5. quæst.
3. perualus, quatuor asseruit. Primum
illud præceptum esse generale. Nam Exo.
20. abiol. te ponitur. Et Mat. h. 4. sub e-
dem forma refertur, Non occides. Secun-
do ex hoc inferit quod nullum nocentium
hominem, priuata publicæ autoritate
in interficere licet, nisi in casibus veteri lege
exceptis à Deo, neque vero lex humana
vllum potest aliud crimen, morte vlcisci.
Illud probat eodem argumento. Nam cū
hoc sit præceptum diuinum, nulli possunt
homines super eo dispensare. Tertio in-
fert non esse licitum furum interficere diu-
num scilicet illum, qui latenter furatur.
Hæc probat, quia vt patet Exod. 21. vbi de-
marantur crimina & scelerata que erant ca-
pitæ plectenda, casus ille non connumerat-
ur, quin uero capite flauim. 22. exprimitur
vt nocentius fur, in flagranti delicto
capitis morte opprimatur, diuinus veto
minime. Et bullam, inquit, super hæc ex-
ceptione nullam addimus. Quarto de-
mum inferit, quod neque inter Christianos
adulteram interficere fas est, quoniam li-
cet olim, 1. euit. 20. id præcipiebatur, ta-
men Ioann. 8. Christus idem præcepto re-
uocauit, vbi adulteram impunitam dimi-
sit. Quare secundum Scotum, leges quæ
contrarium præcipiunt non sunt iustæ. At
vero salua existimatione celeberrimi au-
ctoris, ex falso fundamento, nam potuit
non falsas elicere conclusiones. Fallum in-
quam est præceptum illud. Non occides,
ea esse generalitate intelligendum, vt eun-
ctas in vniuersum hominum occisiones
comprehendat. Primum enim inuasorem
in culpata tutela transfigere, nullatenus il-
lo præcepto prohibetur, alias cum in lege
veteri non sit exceptum, secundum eius re-
spõsionem non esset licitum. Neq. legitima est re-
spõsio, quod iniustus non intendit alium
occidere, sed se descendere. Nam etsi illa
sit quod superior finis sit defensio, nihilo-

minus tanquam medium sumitur aggres-
sorem occidere, potest namque quite de-
fendit hostis iugulum recta intentione pe-
tere. Neque rursus solida est aliorum re-
spõsio, quod ille non occidit priuata au-
toritate, sed publica aut diuina, quoniam
profecto non alio, sed eo priuato iure quo
quis potest ad seruandam vitam comede-
re potest aggressorem interficere. Vnde
qui ait publica auctoritate occidi inuasorem,
deberet dicere publica etiam homi-
nem comedere. Secundo arguitur con-
tra id quod secundo inferit, nempe non li-
cere republicæ alios occidere, quam qui le-
ge veteri excepti sunt. Primum enim si
præceptum illud, Non occides, adeo erat ge-
nerale, non erat cur Deus in tot casibus
super illo dispensaret. Imo vero cum præ-
ceptum esset decalogi, idque negatiuum,
neque Deus potuit in illo dispensare, vt li-
bro 2. ostendebamus. Mox arguitur. Aut
præcepta illa occidendi malefactores, lega-
lia erant, aut naturalia, si legalia prius
cessarunt, quare neque liceret modo ho-
micidas occidere, neque aliorum ulli qui
illie capitali supplicio subditur. Si autem
fuerint, vt vere fuerint, naturalis iuris
interpretamenta, ergo lumine ipso natu-
ra illi casus excepti erant ab illo præcep-
to, Non occides, vel potius non erant illo
comprehensi. Et confirmatur ratione, ad
quam mirandum est Scotum non animad-
uertisse. Ante legem scriptam reipublicæ
gentium scelerata iure & merito capitis sup-
plicio vlciscebantur, & tamen id non fa-
ciebant, quia excepti illi casus essent a le-
ge scripta, quæ nondum erat. Immo ve-
ro seculo illo legis scriptæ illa non teneban-
tur, & nihilominus cadibus auctoritate
publica vindicabant scelerata, idque ius-
tissime, ergo ratio quare id reipublicæ
licet non est exceptio scripta legis, sed ius
ipsam naturæ. Id quod manifestissima
demum ratione hæc patet sit. Tam natu-
rale est vt nocentes homines & in rem-
publicam pestilentes, rescindantur, quanta
quod non occidantur innocentes, er-
go potestas hæc reipublicæ non pendet
ex illa exceptione legis antiquæ, sed iure
sibi naturæ conceditur. Ad hæc si res-
publica modo civilis, facultatem non ha-
beret naturale alios interficendi malefacto-
res, quæ eos qui lege veteri excepti erant, ne-
que liceret illos alijs excogitatis mortibus

in

Caligat
i hac re
Scotus
nimis.

TO
re
ibus
III
13

irpate
a con-
pate
us (vi
Sec
Quæ
trane
ninem
sed ad
cipub
tulum
t ter-
balum
trillo
stium
robat
dicere
adeo
indis-
m co,
arios
i mi-
nra.
Ma-
d 21.
mum
uel-
cap.
Tula
mili-
vero
e in-
nan-
raba-
con-
nem
ir af
ma-
nem
Impu-
gna-
Scotus
culo
ob id
od in
imper-
Pa-
filla
o vbi
brum
e ce-
li au-
artes,
epu-
abert
infi-
aulus
er-

interimere, neque alios villo corporali supplicio officere, puta fures flagellis cedere neque alia enormia delicta mortis comminatione prohibere consequens tamen absurdissimum est, & contra tenorem Legis capitalium, ff. de poenit. vbi incendiarijs, atque alijs poena capitis decernitur, & paricidae in dolium oclusi submerguntur, & haeretici exurantur, & laeores maiestatis meritissimo dilaniantur, & alij flagellis vapulantur, atque alij in exilium relegantur, quae tamen poena illic non erant poenae.

Explicatio
legā
sissima il
lius pre
cepti, nō
occides.

Legitur ne rei explicationem diutius prolatemus, praecipuum hoc. Non occides, sicuti cuncta Decalogi, vt lib. 2. ostensum est id, quod neque Scotus negare potest, praecipuum est iuris naturalis ex illo scilicet principio elicatum, Id ne facias alijs, &c. Quocirca legitimum eius sensum, ratio nos naturalis docet, atque adeo consuetudine generale est, quousque natura vitam vult humanam seruare. Qui autem casu ratio naturalis hominis occisionem, aut iubet, aut permittit, idem casus, eodem praecipuo nō comprehenditur. Ex quo fit vt aggressoris interfectio, non sit eiusdem praecipui exceptio, quia neque tale homicidium vetitur a natura est, neque subinde vetari potuit. Atque eadem, immo equiori ratione, neque malefactorum extinctio, quae publica sit auctoritate, exceptio est eiusdem praecipui, quoniam neque illo fuit vna quae comprehensa. Immo ipsa eadem natura nihilominus id iubet, quam innocentium sospitatem. Quo enim se quisque iure tueri potest, cum hostis internecio, & quo potest sibi membrum amputare ut ipse sit sospes, potest respublica se incolumem periculis necesse seruare. Sequitur subinde secundo, casus illos antiquae legis non omnes fuisse mere legales, sed interpretationis iuris naturae. Tamen ingenio illius gentis congruens fuerit vt aliqua tunc adhiberetur acerbiore legalia vt fuit talionis poena, & lapidationis adulterae, atque alia id genus, quae in tota Christiana familia perdurant. Sequitur tertio, quod praeter illa supplicia potuit semper, potestque quisque princeps, iusta ratione dictis, leges novas facere mortis infligendas, quoniam illud praecipuum, Non occides manus respulice, quatenus ratione ducitur, non alligat. De tertio Scot. assertio scilicet an licet fuerit occidere: commodius quae 3. disputa-

Pena tā
lionis.

bimus, sub titulo de furto. Quartum vero, quod de adultera asserti, nempe Chibstium reuocasse legem illius occidende, nescio qui consequentia potest ex Euangelio colligi. Redemptor enim illic non induit iudicis personam, immo negare vult est sibi quatenus homini, illud competere seculare iudicium, sed tanquam minister Rex regni caelorum, ad monitos illos curauit accusatores, vt si in aliquo essent crimine respicerent, intelligentes cuiusque iudicium a seipso inchoandum esse. Hoc enim erat institutum regis regni caelorum non autem seculares causas iudicare. De adultera vero, iterum articulo proximo Per haec demum aliorum opinio secunda recurritur. Sunt enim qui contra Scotum, in alterum extremum impingunt. Aiuunt enim dictum praecipuum non solum non esse generale, sed hoc modo particulare. Non occides innocētē. Nam licet Exod. 23. absolute positum sit, tamen statim cap. 23. subditur. Infontem & iustum non occides. At vero neque hic modus discernendus est, quoniam & qui priuata auctoritate fontem hominem & iniustum occidit, contra idem praecipuum peccat, vt articulo proximo patebit. Immo & auctoritas publica, si eundem praetermissio, id iustum occidat, similiter contra idem ipsum peccat. Igitur nullis opus est moderantibus illum praecipuum onerare, quia si opus illa fuisset in Decalogo fuisset expressa. Non que oportet sub illa forma explicare, Non occides, nisi ubi causa fuerit iusta. Non haec forma quaedam appareret petito principio, sed absolute est intelligendum, vt iacer, attamen quatenus ratio id naturalis explicat. Similem enim effectum praefert totus Decalogus. Nolite iurare omnino, & tamen subintelligitur, nisi iatio naturalis contrarium exegerit. Et patier interpretabimur illud. Non fructum facies. Et hoc est quod docet Dion. Thom. prima secunda quaestione 100. articulo octauo. vbi ait, homicidium, quod in Decalogo prohibetur, habere rationem indebiti. Neque haec est petio principij. Est enim sensus, quod prohibetur id quod iure naturae indebitum est, nempe id quod genere suo est malum, sed nihilominus ex causa, vbi venire potest vt sit bonum. Causae vero explicandae sunt, dum quae inculcata tutela se defendit, & quando

index lege agit in malefactorem. Vnde cum hominum rem dicat intrinsecè malam, ille hominem occisiones non sunt nuncupanda homicidia.

Restat nihilominus argumenta diluere, quae non sunt profus ambiguitate vacua.

Ad primū quidem, respondet S. Thom. cum Sanctis interpretibus. Quorum prima solutio est, quod ubi improbi abique proborum periculo interfici nequeunt, abstinendum est.

Id autem dupliciter vsu venire potest. Primo, si praui adeo sunt cum iustis commixti, ut dignosci nequeant. Quare si constaret in ciuitate, maiorem eius partem haereticos esse infectam, non liceret ad puniendum crimina, totam incendere. Secus in aggressu hostilis urbis, tunc enim licet sulphuris iactibus illam petere cum innocen- tum periculo. Secundo, si puniri non possunt nocentes, sine grandi commotione innocentium, qui scilicet sanguine, vel alia necessitudine, illis sunt coniuncti. Atque haec Augustini expositio, contra Parmenianum. Quin vero aliud nobis documentum dedit Redemptor, ut potius sit propter bonos parcendum malis (vii Angeli pollicebantur Abraham, ut si decem iustos Sodomis inuenirent, toti ignoscerent genti) quam propter malos, bonis incommodandum. Tamen si prudenter regula haec, ad humanam facultatem accommodanda est.

Humanus enim princeps, non tam absoluta viget auctoritate, quam Deus. Ille enim omnia ad postremum iudicium referuat, principi autem non licet quacunque de causa delictoribus parcere. Hoc enim in cladem Reipublice cederet. Quapropter quamuis multum sciant salum accipiant, nihilominus si id commodè exequi potest, non debet a maiorum punitione cessare. Hanc enim ob causam (vtr ait Paulus) gladium portat, ut tumultus, ac seditiones executioni iustitiae obstitentes, placare possit, & ubi opus fuerit, etiam conterere. Ac pariformi modo respondetur ad secundum. Deus namque arcanorum cordium scrutator, atque humanae salutis auidus, longanimi expectatione, ut ait Paulus malos adducit ad penitentiam, idque consilium S. Thom. & humanam iustitiam pro posse imitari debere. At tamen pro posse, quando peccata non sunt publica, atque in aliorum perni-

ciem vergentiam. Nam alias, vt diximus non habet amplam facultatem, quam Deus. Quod dixerim ad obuiandum vulgari interrogatori. Dubitare namque quis posset, virum dum index, aut princeps iudicij conijcit, si reum supplicio afficiat, perditum eum ibi in infernum, si autem ei ignoscat mentem mutaturum progressumque adeo per viam salutis, debeat ei parcere, hoc enim ratio eo suade- re videtur, quod vita corporalis in spiritualem est semper ordine charitatis referenda, cuius vtiq; charitatis iustitia non est inimica. Respondetur primo, quod iudices quatenus leges ferunt, multo esse debent in clementiam propensiores, quam in rigorem iustitiae. Nihilominus tamen quamuis per reuelationem etiam constaret supplicium reo causam esse damnationis aeternae, non est illi indulgendum. Alioqui facile cuicumque esset illa vii vaficie, vt se impoenitentem fingeret. Et ratio est, quod poenitio publica non refertur in emendam, neq; in bonum ipsius qui punitur, sed in bonum publicum, vt alij terreatur, & quoniam bonum publicum praeslantius est particulari ordine charitatis praeter illo diligendum est: nam & ista via etiam consultius saluti spiritali Reipublicae. Ad tertium denique respondetur, quod hominem occidere non est eo modo intrinsecè malum, vt maledicium, puta ita generale, sed quando est contra naturam, tunc autem est contra naturam, quando homo dignitatem suam seruat, hoc est secundum rationem viuunt, per hoc n. est liber, ac propter seipsum existens, quando autem inde decidit tunc in vtilitatem seruitutemque brutorum animalium degenerat, secundum illud Psalmi, Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis, &c. Ob idque peius, atq; brutum, licet eum occidere. Est n. corruptus homo, vt 7. Polit & 1. Ethic ait Aristotel. tanto fera bestia peior, ac nocentior, quanto per ingenium, & voluntatem plurius abundat nocendi modis.

Cauilla vulgaria tollitur.

Punitio in bonum publicum ordinatur.

Ad tertium argu-

Aristot. Homo improbus fera bestia peior.

ARTICVLVS III.

Vtrum scelerosum hominem vnicuique priuato occidere liceat.

Hand satis est definiisse licitum esse homines nequam interficere, nisi & modum